Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1025
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

omnia ego ipse michi sic peccando abstu
lerim. ut necessitatem habeam. & uix spem re
neam. Quid enim. Si mea culpa euanuerit.
numquid ingratus ero illi pro quam michi
tanta bona euenerit. Absit ne addam
hanc iniquitatem super iniquitatem immo
gras ago quia habui. doleo quod non habeo.
oro ut habeam. Certus enim sum quia
sic pro filii gratiam ea potui accipere. sic cadem
pro matris merita possum recipere. Ergo do
mina porta uitae. ianua salutis. uia reconci
liationis. aditus reuocationis. obsecro
te per saluatricem tuam fecunditatem.
fac ut peccatorum meorum michi ueniam
& bene uiuendi gratia concedatur. & usque in
finem hic seruus tuus subtua protectione
custodiatur. Ave uniuersalis pietas
ut. causa generalis reconciliationis. uas &
templum uitae & salutis uniuersorum.
nimium curabo merita tua. cum in me
homunculo uili recensco singulariter

gratus